



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 49. Ingolstadium a Sueco Rege incassum obsessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII. in cineres redactæ: Lutherani vero A.  
A. C. 1632. gustæ ex ædium suarum summitate in-  
ter effusa jubila & cahinos hanc tr-  
gœdiam inspectabant, Suecique Au-  
gustum reversi ex direptis miserorum  
bonis locupletissimas instituebant mu-  
dinas.

## §. XLIX.

*Ingolstadium a Sueco Rege incassum  
obseffum.*

Theatr. Eu-  
rop. tom. 2.  
pag. 527.  
Le Blanc.  
Hist. de Bav.  
tom. 4.

Adhucdum Gustavus Rex Augustæ  
gebat, cum nuntiatum esset, quod  
Meminga, Nordlinga, & Campide-  
num, aliaque paßim oppida minus de-  
fensa obviis ulnis Suecos tanquam fu-  
fectæ vindices sint complexa. Pariter  
Suecorum armis Schongavium, Füllie-  
na, & Mindelheimum dura necesse  
tis lege cedebant. Landsperga etiam  
præsidio destituta deditioñem fecerat  
ea lege, ut persoluto Lytro ab omni in-  
juria, Suecoque præsidio immunis, sus-  
legibus ac Religioni permitteretur: At  
Sueci urbe potiti cuncta ædium pene-  
tralia rimati, cum nullos reperi-  
thesauros, miseris nova redemptio-  
pretia haud toleranda imperarunt, ce-  
vesque imposito milite, aliisque modi-  
pene innumeris oppresserunt; inde ve-  
ro a Cratzio strenuo Bavarorum Belli  
duca

duce die decima quarta Julii ejecti, Sæc. XVII.  
 desideratis omnibus Equitibus cum cla- A. C. 1632.  
 dis acceptæ reliquiis Augustam profu-  
 gere coacti sunt. Interim Rex blan- Bougeant  
 dientis fortunæ auram secutus, die vi Hift. tric.  
 gelima nona Aprilis Ingolstadium ag- bell. part. I.  
 gressus est, eo majore potiundæ urbis l. 3. p. 229.

fiducia, quo ardenter Maximilianum  
 Electorem, fidei Catholicæ pugilem in-  
 victissimum, ac Cæsareæ auctoritatis  
 vindicem longe potentissimum oppri-  
 mere anhelabat. Positis igitur prope  
 patibulum castris legiones suas in a-  
 ciem collocat, quas tamen Bavari haud  
 irrita jaculatione identidem exceperant.  
 Gustavus inde animosior factus, ponte  
 parvo, qui Danubii brachio imminet,  
 occupato, simul in munimentum, quod  
 urbis pontem tegebatur, ipsumque pon-  
 tem nauticum, per quem ad Maximi-  
 liani castra aditus patebat, irrumpere  
 statuit, suorumque animos ingentibus  
 spoliorum promissis ad tam arduam ex-  
 peditionem erexit: Ergo aggerem toto  
 armorum nisu oppugnant: Pertinax per-  
 fessi horam committitur prælium,  
 tandem vero trucidato Suecicæ legio-  
 nis Ductore, repressi sunt hostes, deside-  
 ratis suorum plusquam trecentis, atque  
 a Bavaris nonnisi quatuor. Pari fu-  
 rore ac successu hostilis Equitatus pon-  
 tem nauticum oppugnabat: ast tam

N n 3 den-

Sæc. XVII. densa globorum tempestas in aggrediebatur. A. C. 1632. sores desæviit, ut capto Liechtensteino, editaque ingenti Suecorum fuga. Rex cum suis ad castra præcipiti propter dum studio aufugere cogeretur. Ennus ergo urbem oppugnare placuisse coactisque ad fossas ducendas rusticis ipsem et Rex operas urget, castra obsequit, dispertitque imperia: cum autem improviso periculi contemptu longius incautiusque abreptus, ac proximodum (si fas est, contra generolum Regem, verum dicere) vincere prestatinus, propius urbem procederet tormenti globus equum, cui infederat, trajecit, ipso Rege in terram projectu ac contusi pedis dolorem referente. Hoc idem equus diu in arce Ingolstadiensi asservabatur in monumentum, quo Gustavus Ingolstadium viderit, non viscerit. Paulopost globus æneus tubo grandiore excussus Christophori Machionis Bado - Durlacensis caput in frusta discerpserat, plurimum Regem cognati sanguinis interitum dolente, quod paucos intra dies tot acceptis cladibus fessus, desperata urbis expugnatione obsidionem die quarta Maji solvit, ac plusquam tribus suorum milibus amissis, confusione plenus Reichartzhofum contendit, ubi medias inter dapes exercitato rumore de Croatarum adventu

cum Friderico Palatino, & Augusto Sæc. XVII.  
 Neoburgico ceterisque omnibus toto A.C. 1632.  
 pedum nisu aufugit. In eo receptu  
 plusquam quingenti ex Suecis occu-  
 buere, pluribus insuper captis, tribus-  
 que navibus onerariis in Danubio in-  
 terceptis. Tum vero Franciæ Legatus  
 nomine Estinæus seu San- Stephanæus  
 inter Sueciæ Regem & Bavarum indu-  
 cias tentabat, irrito tamen conatu,  
 eodem quoque successu Daniæ Rex pa-  
 cem Sueco Regi suadere nitebatur.

## §. L.

*Ratisbona a Maximiliano Electore  
occupata.*

Fervente adhuc obsidione Maximilia- *Annal. Boic.*  
 no Bavariæ Electori die prima Maji *p. 3. l. 17.*  
 nuntiabatur, Gustavum Hornium cum *Calmet Hist.*  
 valido Suecorum agmine Ratisbonam *Univ. l. 150.*  
 properare. Igitur relictis Ingolstadii  
 duntaxat sex legionibus, quarum for-  
 titudinem numero Suecorum parem  
 existimabat, cum reliquo exercitu Ra-  
 tisbonam, urbem semper, ac præcipue  
 toto hoc bello Religioni Catholicæ &  
 Bavariæ oppido infensam, contendit,  
 delusaque Suecorum, qui in insidiis la-  
 tebant, solertia copias suas noctu ad-  
 movit, & Salesii Viri apprime Catho-  
 lici opera usus, duos milites Bavaros

Nn 4

clam